marcebellam Izychowna relictam olim Nobilis Stephani Barkowsky in bona omnia mobilia et immobilia in bonis praefatis consistentia quibus dicte reformatione et advitalitatis ab eodem marito habitis subiecta eorundemque bonorum curias, predia, aedificia omnia agros prata campos, sylvas, ubera stagnos piscinas seminata subditos eorum fundos obedientiam et generaliter cunctis utilitatibus attinentias ex libera admissione successorum praefati mariti sui nemineque alio tam in bonis quam hic circa acta impugnante intromisit invescivit et in pacificam possessionem contulit de quo relatum praesentem.

Gieraltowsky quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceñ. personaliter comparens Nobilis Andreas Anselmus Szablowsky sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobilis Albertus Gieraltowsky summam Quinquaginta florenorum polon. debitam per eum sibi inscriptam ex integro persoluit ideo ipsum quietat dimittit et liberum facit inscriptionem eiusmodi cassat annihilatque perpetuis et in aeuum.

Zera obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceñ. personaliter comparens Nobilis Mathias olim Josephi Zera filius annos octodecem habens et Nobilis Dorothea Czarkowska mater eiusdem relicta praefati olim Josephi Zera sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognouerunt et quilibet eorum pro ex integro se recognouit. Quia Nobili Benedicto olim Alberti Zera de Zery Schultisi heredi et eius posteris bonorum suorum hereditandum totam et integram sortem suam paternam tam et post olim Nobilem Matham Dobko Zera auum suum naturali iure successoris spectatam in bonis Zery Schultisi sitis cum omnibus eorundem bonorum utilitatibus cunctisque commodis, districtum areis hortis agris pratis campis sylvis fluuiis fluminibus riuulis stagnis piscinis gajis rubetis et cunctis attinentiis nullis exceptis ita late longe circumferentialiterque prout praefata sors sese in suis metis et limitibus extendit in summa decem sexagenarum polon. hincque ad exemptionem et summa praefata integram et indiuisam exolutionem obligauit inscripsit et in ea et ad ea ipso in simul ex nunc realem cum pacifica possessione per ... et ... duos officii acceptan. dat et admittit submittendo se cum suis successoribus memoratum tenutarium suum siue eius posteritatem ab omni impedimento vindicio quarumuis personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutis eius evincendi defendere evincere liberare intercedere pacificare soluique non inuestari sub vadio simili aliarum decem sexagenarum polon. et Loco officio Castren. Drohicien. in primo citationis termino peremptorio responsione pro vadio ac litibus omnibus satisfacturos. Omnibus in uniuersum iuris remediis et defensis legalibus quibus impedimentis etiam de iure concessibilibus sibi et successoribus sui abrenuntiando et abrenunciando.

Zera obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceñ. personaliter comparens Nobilis Benedictus olim Alberti Zera sanus mente et corpore

de certis

88 1/2 ad

re cons palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Matthiae olim Stanislai Zera de Ze-
ry bysko heredi et eius successoribus Bonorum suorum immobilium videlicet in campo
dicto Gorzolisko tres sulcos a torrente Pilakowska ad granitem Kopska tendens
inter metas ex una nob. Petri Zera et eiusdem recognoscentis ex altera parte
iacens item in secundo campo tres sulcos a stagno ad metam transversa-
lem inter metas Gotalewska et eiusdem recognoscentis item in tertio cam-
po tres sulcos a stagno ad granitem Pilakowska tendens inter metas Petri
Zera et recognoscentis iacens Cum omnibus in genere utilitatibus fructibus atti-
nentiis et pertinentiis nullo excepto in hereditate Zery consistens in summa
octo sexagenarum polonicalium hinc usque ad exemptionem et summae totalis inte-
gram et in diversam exolutionem obligavit inscripsit et invadiavit. Cuiquam
ex nunc in nomine realem cum pacifica possessione per intromissionem et inter duos officiales
acceptandam dat et admittit Pacem quoque tuitionem evictionem
omnimodam occasione promissionem ab omni impedimento iuridico
quarumcumque personarum propinquarum et remotarum toto tempore
tenutae eius cavet sub vadio simili Et coram officio Castrensi Capitaneali
Drohiciensi in primo stationis termino tanquam peremptorio stare
parere respondere pro vadio ac litatione omnibus non recedendo ab officio
satisfacere sine ulla dilatione motione appellatione diffugio ac exceptione.

Lesczynska Zawady Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens
Nobilis Stanislaus olim Matthaei Czarkowsky sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Eius filiae olim Stanislai Le-
sczynsky conthorali suae et ipsius successoribus Bonorum suorum in bonis Za-
wady sitis quatuor sulcos a granitie Slochulska ad granitem Zawa-
dska tendens inter metas Gendrochowska et Simonis Czarkowsky iacens
Cum agris, pratis, et omnibus generaliter utilitatibus fructibus attinentiis et perti-
nentiis nullo excepto perpetuo dedit donavit inscripsit et irrevocabi-
liter resignavit. Intromissionem in praedicta bona ex nunc realem cum pa-
cifica possessione per intromissionem et inter duos officiales acceptandam dat et admittit.
Submittit se cum suis successoribus ac de bonis generaliter omnibus universaliter praememoratam
donatricem suam et eius successores occasione praemissorum ab omni impe-
dimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum
utriusque sexus status et cuiuscunque conditionis existentium per evictiones
omnes praescriptiones tenetur toties quoties opus et necesse fuerit tueri defen-
dere evincere eliberare intercedere pacificare totusque tam per se quam
per quasvis submissas et subordinatas personas non inevinari sub da-
mnis tribus simpliciter taxandis et edicendis. Et coram officio Ca-
strensi Branscensi in primo stationis termino peremptoria responsione
pro damnis ac litatione omnibus satisfacere. Omnibus controversiis
exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus infirmitatibus motionibus appellationibus ac caeteris
quibusvis protectionibus aliisque in universum iuris remediis se uti abrenuntiando